



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.XLIX. Sancti Patris Benedicti. M.LXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D . X L V I I I .

S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i M . L X V I I .

Lugubris hic annus Ordini universitatis Ecclesiae, morte viri præstantissimi, & tanto culmine honorum dignissimi, Eminentissimi nimurum & Illusterrissimi

*Moritur
Gregorius
Cortesius S.
R. E. Car-
dinale.*

Cardinalium S. R. E. Syderis Gregorij Cortesij ex Monacho & Abbatे S. Benedicti prope Mantuam Cenobij, ad purpuram electi, in purpura niveo animi candore eximij, omni Virtutum cultu ornatissimi, ut ipse purpuram magis ornaret, quam ab ipsa ornaretur, ad omnes pro Ecclesia exantandos labores ad sanguinem usque patassim, in consulendo prudentissimi, in exequendo dexterimi, qui cum eruditione singulari non minus præstaret, quam integerrimæ mentis summis dotibus, Græcè non minus quam Latinè doctus, multa egrégij ingenij posteritati sequitura reliquit monumenta, è quibus tamen, incertum quo casu sublatis sive deperditis, pauca, quæ subsignamus, superesse memorantur.

De Viris Illustribus Ordinis Monastici

Liber unus.

Hymnorum variorum diverso metro

Liber I.

Eius scripta Quod Sanctus Petrus Apostolus Roma fuerit. Liber I.

Epistolarum familiarium ad diversos.

Liber I.

S. Basilius de Virginitate ab ipso ex Graeco in Latinum sermonem versus &c.

Js quanti semper cucullum fecerit, atque adeo præ hoc riserit purpuram, in ipsa morte, pulcherrimo sanè dicto comprobavit; cum imminente supremâ horâ ministrum quendam suum sibi à cubiculis compellans: Ecce jam, inquit, ecce pluribus annis Cardinalis fuimus: quid autem nunc saperest de hoc honore? Quanto fatus fuerat in Religionem, ubi minus erat anima periculum? Mortuus tamen eo securior est: quanto solertiùs, & quod sui muneris erat, expendit, & pericula cautius declinavit: certus quanti periculi esset toti orbi Christiano comprobare, Apostolico Ordini & Collegio insertum, Christi in terris Vicario proximum, talem vitæ, moribus, & meritis esse, qui & dignus eligi sit pro summo Ecclesiæ capite, & dignus eligere, dignusque consulere ex dictatis Divini Spiritus

Ecclesia Universæ. Hæc Gregorius noster distinctissime expendens, purpuram non exambijs, sed expavit, & reculavit, invitus retinuit, & tamen nunquam acceptasse optavit. *Alph.*
Ciacon. Parvin. Hier. Platus &c.

Hoc ipso anno probatus solemniter est à Paulo III. Farnesio summo Pontifice *Liber ille aureus Exercitorum* *sacerorum* à sanctissimo Societatis Jesu Instituto Ignatio Manresa primum, ut supra diximus, meditatus & compositus, ac deinceps diligentius elaboratus, ad cuius perfectionem haud modice fecisse Montferratenium nostrorum diligentiam & instructionem, atque Joannis principi Cianonij Machi, viri eruditæ & sancti, qui à Confessionibus Ignatio fuerat, dictamen, opem atque operam; sed ante omnia materiam subministrasse & coequre induxisse Beatæ memorie Garzia Cisnerij Abbatis ejusdem loci Exercitorum librum, monumenta Montferratenia docent, & ex his Antonius de Yepes noster, Marcus Ant. Scipio, aliquæ affirmant, & luculentè demonstrant.

Magno omnino Regni Gallici ornamento, Ordinis Monastici tam virorum quam viraginum sanctissima Reformatio invalescit, ad confusione invalescentium, per omnem libidinem & licentiam Hæresum, docente ad oculum Numine, quanta sit gratia Crucem suam ultro suscipientibus & amplectentibus, & quanta obsecratio illam aspernantium, illico in tantos tamque abominabiles errores præcipitant, certè ex unico S. Petri Remensis Cenobio, ad diversa paucimodo toto Regno Cenobia, exemplaria viva sanctitatis experita, plurimū ms. Catholicos sancto exemplo in fide Orthodoxa confirmarunt, ex illis hoc ipso anno Margarita de Salazar ad S. Petri de Polongao in Diœcesi Lingonensi postulata, & Abbatisa creata, Disciplina Regularis curam diligentissimam habuit, multisque alijs Cenobijs faciem prætulit; ut nihil de Viris Ordinis præstantibus dicamus, pro meritis ad diversas Cathedras expeditis.

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D . X L I X .

S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i M . L X I X .

MEmorabile fortitudinis & patientiæ exemplar, Jidorus Clarius

V. Joan.
Cianonij
LiberExa-
citorum.

Reforma-
tionis in
Gallia sue-
cessus.

V. Jsidorus rius Fulginas sub hoc tempus Urbi suæ, Clariu. imo Orbi fuit; cum enim tantus tan-
tique alias apud suos habitus Episco-
pus, in iugantes incidisset, & ut Pa-
stor bonus, sui mémor officij, sibi cre-
ditos ad pacem hortaretur, illo ex gre-
ge perditorum unus nobilitate audax,
ac furore præcepit colaphum excusli-
simâ palmâ infregit; sed stetit sibi con-
stans Jsidorus ac disimulata injuria,
qua cœperat ire perrexerit.

Eudem aliis vir Nobilis ab eo in
intima deductus conclavia, ibique de
proprio fôsa, quam ageret, vita leniter
monitus, rabie furens ac scelere amens,
depalmavit, non ideo tamen quidquâ
patientia minus decorum fecit Jsidorus;
quia irruentes famulos abire juf-
fir, nihil factum esse dicitans; sed quas
Christi servus diisimulanter transi-
ferat injurias, gravissimè ultius est Deus:
nam uteque emotâ mente despici-
entes longa & miseranda civibus i-
bula fuere. Ita, quia parum ab amen-
tia distar ejusmodi furor, immisâ in-
fania justissimè vindicatur.. *Ex Vita*
eiusdem & Joanne Rho.

Jdem tamen, quo nihil aut in ca-
lamitosos misericordius, aut in con-
tumeliosos & injuriosos mitius fuit: in
eos tamen, præcipue qui Augustissi-
mum Deum Numen indignis proscin-
debant verbis, districto severitatis fal-
mine, vehementissimus erat, poenit-
que gravissimis castigabat; quo terro-
re admoto, sanos in officio continuuit,
& conseleratos, qui tantum formi-
dine poenæ oderunt peccare, emen-
davit.

Fortissimi Christi Athletæ atque
invictissimi Catholicae Ecclesiae Pro-
pugnatoris Joannis Feckenami Evi-
hamensis Monachi, admiranda con-
stantia & magnanimitas in asserenda
Fide Romano-Catholica hoc anno ce-
lebranda. Is anno Christi millesimo
quingentesimo trigesimo sexto, jussu
Apostolæ Regis Henrici VIII. cum alijs Patribus ac Fratribus Collegis Mo-
nachis summam per injuriam vimque
Cænobio exactus, cum quò se exul ver-
teret, nesciret, ad Joannem Bellum se-
denique contulit Wigornensem Epis-
copum, eidem à Sacejlo factus; co-
que mortuo anno Christi 1539. ad Ed-
mundum Bonuertum se recepit Lon-
dinensem Episcopum, apud quem sub-

sistens, cum magnis esset animi talen-
tis præditus, & insigni præstans erudi-
tione, Zelo etiam Religionis fervens,
totum sese ad gravissimos perniciosos-
simosque Hæretorum errores confutan-
dos, & propagandam comprobandum
que Catholice Fidei Veritatem con-
vertit, coque in primis gravissimum
Hæretorum odium incurrit, ac pro-
in Edmundo Episcopatu pulso, Fecken-
amus in vincula abreptus, turrique
Londinensi inclusus est. Verum Fecken-
amo neque in angustijs carcere a-
nimus angustus fuit, roburque ac vir-
tus singulari Numinis dono crevère,
ita ut summa libertate, cum liberis ip-
se vincus confligeret, atque in primis
Hæretorum Coriphæos, Principes &
antesignanos, liberrimè & generosissi-
mè in certamen provocaret. Con-
temptum accepere unius Monachi pro-
vocationem Hæretici, tantoque liben-
tius consensere, quo minus ab uno mul-
ti, præsertim in impio dogmate ver-
satissimi metuebant.

Iaque hoc fine educatus ex carcere,
septem solemnes habuit disputationes,
circa præcipuos Fidei articulos, atque
ita solide sceleratorum errores convi-
cit, & Catholica Ecclesia Veritatem
ac doctrinam propugnavit, ut Hooperus ipse Pseudo Episcopus Wigor-
niensis Princeps Aſſessorum non im-
merito sibi satisfactum esse, vel invi-
tus fateri cogeretur. Sed de gloriose
gestis Feckenami nostri, suis deinceps
locis saepius. *Camdenus, Stapletonus,*
Pissius, Reinerus, Mayeur & alij.

In Gallijs, uti alias semper floren-
tissima fuit eximia fragrantia Lilijs,
alijs inter viros cum vita integritate,
tum rarâ & mirâ illustres eruditio-
ne longè latèque effulget Antonius, alias
Arlaudus de Vienna, ex Monacho &
Abbate Firmitatis Cabilonensis Epis-
copus, Catharinæ Mediceæ Galliarum
Reginæ à sacris confessionibus & con-
scientia arbiter lectissimus & sapien-
tissimus. Joannes Chenu ipsum ap-
pellat: *Doctorem subtilem in his, de quibus nunc ferè omnis inter Theologos con-
troversia versatur.* Et in colloquio Po-
siaco, ceteris præcelluisse dicitur. Ex-
pendit & iste pericula magnis hono-
ribus, & aulicis negotijs obnoxiorum,
& vel maximè conscientia Regiæ ar-
bitrorum, quo quidem nihil pericu-
losus

*In ipso
carcere ti-
berrimo
attimo.*

*V. Antoni-
us Cabilo-
nensis Epis.*

B E N E D I C T U S

82
 Iosius sub cœlo esse distinctissimè ob-
 servavit; nec in Regum solummodo
Ab Aula
absolvi sol-
licitate urget.
 virorum manuductione, sed in Regi-
 narum quoque validè persuadentium
 & persuasarum directione, ac prop-
 tera enixissimis à Regina preeibus im-
 petravit, & ab Episcopali absolvi mu-
 nere, & ne deinceps Reginam audire
 cogeretur, ab Aula dimitti.

Paulus
Neccarus
Abb. Ursi-
nenfis.
 In superiore Germania inter plu-
 timos rei Catholicae strenuè fatagen-
 tes Prælatos, multis se meritis com-
 mendat Paulus Neccarus Patriciâ No-
 bilitate vir, Abbas Ursinenfis & insi-
 gni non minus pietate quam erudi-
 tione, & quæ in magnis requiras, singu-
 lari liberalitate & morum gravitate.

Fuit strenuus & disciplinæ pro-
 motor & studiorum, asseverare solitu-
 tus: *Monachum sine libris & lectione, esse*
militem sine armis, & armorum exercita-
tione. Hic in circumiacente provincia
 plurimam laboravit, ne Kauffbura in-
 valescens Hæreseos venenum latius fer-
 peret, multoque retinuit jam in præ-
 ceps agendos. *Ex monim. Monast. ejus-*
dem.

JESU CHRISTI ANNU S. M.D. L.
Sancti Patris Benedicti. M. LXX.

Petrus Ar-
chiep. Bi-
fum. S. R.
E. Cardi-
nalis.
ITerum Galliarum Regna floren-
 tissimis prægnantia lilijs, coolum,
 terrisque mira recreant fragrantia. Ex
 his Illustrissimus vir Petrus deBaulme,
 ex Monacho Sancti Claudi Episcopus
 Genevensis, inde Archiepiscopus Bi-
 funtensis, demum Eminentissimus
 sancta Romanæ Ecclesiæ Cardinalis
 Titulo Pammachij sanctorum Joani-
 nis & Pauli, Filius Guidonis de la Bau-
 me, & Henrietta de Longovico, Prin-
 ceps optimus, & qui ob injurias gravissimas,
 & damna ab Hereticis Genevé-
 fibus illata, & generofissime tolerata,
 nec non tristissimum exilium, inter-
 Martyres merito censeri debeat, Com-
 mendavit se deinceps insigni vita ex-
 emplo Bisunto & toti Burgundia, nec
 minus Romæ, cum inter purpuratos
 Patres bis Eminentissimus & virtute,
 & eruditione esset, inter firmiora sua
 ætatis columnina celebrandus.

V. Cypria-
nus Nuca-
lenfis Phæ-
nix His-
tor.
 Sed ne Hispania Gallijs viderentur
 cedere, ibi se quoque insignia Ordini
 luminaria prodidere, è quibus Cy-
 prianus dela Huerga, Nucalensis Cæ-
 nobij longe felicissimi, & sanctorum

virorum prægnantissimi, splendidis-
 simè enituit, Doctor & Complutensis
 Collegij Rector, tantè vir eruditione,
 ut Manrique, ipsum *Hispanie Phænicem*,
 appellare non dubitaverit, qui statim
 ut gradum Doctoratus meruit, sacro-
 rum Bibliorum cathedram meruit.
 Extant præclara ejus Commentaria in
 varios sacræ scripturæ libros. Quo ip-
 so tempore etiam Christopherus de
 Castilio floruit, qui ex Monacho Val-
 lis Ecclesiarum, ad secretiora & inti-
 ma Ferdinandi Regis, ac dein Cæsa-
 ris admissus consilia, de eodem mu-
 to nomine meruit, de quo plura suo loco.

Celebrantur hoc ipso etiam anno
 plurimi ex Ordine nostro viri eruditio:
 è quibus effulgit clarissimus, editisque
 ingenij monumentis celeber Benedictus
 Canophilus Sanguinus Caliensis
 Monachus U. J. D. cujus celebrantur
 maximè sequentes libri

De Foro Fori & Foro Poli Liber I.
Repertorium Juris Civilis Liber I.
Multa in Jure Canonico Liber I.
Summa Rerum Lib. I. & plura alia

Miniatus
Pittu.
 Neque minore commendatione,
 dignus Miniatus Pittus Nobilis Floren-
 tinus Monachus & Abbas S. Miniati
 Florentiae, Mathematicus præstantissimus,
 qui plura, maximè in Mathematicis,
 ingenij reliquit monumenta,
 & librum insignem de nominibus antiquis
 & recentioribus omnium civitatum, &
 Regorum totius Orbis.

In Germaniâ inferiori, famâ no-
 minis Illustrissimi & familie celebra-
 tur Illustrissimus & Reverendissimus
 Dominus F. Carolus de Croij Comes
 Proceanus Henrici & Catharinæ Cha-
 staubriantæ filius Philippi Ducus Ar-
 schottani frater germanus, ex Mono-
 cho Afflighiemensi, loci ejusdem Ab-
 bas, inde etiam Altimontensi, tum &
 S. Gisleni Cænobio prælaus, demum
 Tornacensis creatus Episcopus, cuculi-
 li in tanto honore amantisimus & re-
 verentissimus, & Cænobij maximè Gif-
 leniani, in quo etiam mortalitatem
 exuit, & sibi sepulchrum elegit.

JESU CHRISTI ANNU S. M.D. LI.
Sancti Patris Benedicti. M. LXXI.

Carolus C.
de Croij Ab-
bas Affli-
ghemij Gu-
ernsey
Iter tumultus, fluctus, nebulas &
 tenebras Germaniæ obscurissimas,
 emicantibus hinc & inde luminibus
 solidæ cum pietatis, tum eruditiois,
 ut partim jam vidimus, partim dein-
 ceps